

Band VIII., Nr. 3106, Seite 320

Dietrich von Hohenstein übergibt dem Kloster Herrenalb Besitzungen in Terdingen.

Ohne Ortsangabe, 1282. Ohne Tagesangabe.

Ego Diethricus de Howenstein profiteor publice per presentes, quod Reinboto pater meus miles de Riechin una cum consensu meo et patru mei Dietrici ac aliorum suorum heredum et coheredum vendidit monachis de Alba super curiis pratis agris censibus redditibus et omnibus bonis suis in marchia Terdingen sitis sine qualibet exceptione viginti quinque maltra siliginis ad curiam ipsorum sine quolibet dampno eorum annuatim presentandis, dominus quoque Cûnradus de Magenheim superiori, a quo prescripta bona habebantur in feodo, ipsa cum omni iure et proprietate predictis monachis cum omnium nostrum consensu libere resignavit recipiens a nobis curiam nostram propriam in Massenbach et in Eppingen dimidiam pro restauro. Tandem vero post obitum patris mei predicti Reinb[otonis] ego Diethricus prefatus una cum manu et consensu domine Gerdrudis ave mee senioris de Riechen pro nobis et nostris heredibus coheredibus et successoribus universis contulimus et attestatione presentium conferimus donatione inter vivos prescripta bona omnia besüeht vel umbesüeht, que predictus pater meus Reinb[oto] vel nos habuimus vel habere visi sumus in predicta marchia Terdingen, monachis antedictis renuntiantes quantum ad huiusmodi omni actioni impetitioni et iuri, quod nobis vel nostris competebat vel competere videbatur, transferentes eadem cum omni iure et utilitate in monachos prelibatos. In cuius rei robur et evidentiam presentem litteram sigillis domini nostri Ot[tonis] de Eberstein et mei scilicet Diet[rici] prenominati prelibatis monachis tradidimus communitam.

 Datum anno domini MCCLXXX secundo.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Zwei Siegel: 1) das bekannte Graf Ottos von Eberstein; 2) das Dietrichs von Hohenstein, an der folgenden Urkunde noch besser erhalten, schildförmig 45, 38 mm., ein Strahl; Umschrift: + : S : THEODERICI : DE : RIECHEN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 823

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals in Karlsruhe.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 2, S. 219.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Eppingen Wohnplatz (1919)
 Eppingen, HN
 Hohenstein Wohnplatz (895)
 Hohenstein, Bönningheim, LB
 Magenheim Wohnplatz (1899)
 Magenheim, Cleebronn, HN
 Massenbach Wohnplatz (2190)
 Massenbach, Schwaigern, HN
 Oberderdingen Wohnplatz (5416)
 Oberderdingen, KA
 Richen Wohnplatz (1927)
 Richen, Eppingen, HN
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Unterderdingen Aufgegangen (22754)
 Unterderdingen, aufgegeg. in Oberderdingen KA